

sedisse qui quidem dies octavus est ad hodiernum Maiestas autem Vestra exinde potest elicere ipsis turcarum Caesarem his octo diebus propinquis potuisse accedere. Quidam autem amicus meus ab Caesaris exercitu mihi id verissime significavit voluntatem Cesaris esse Viam obsidendi atque expugnandi itaque ex parte agri nititur comportatis agentibus vallum civitatis complere usque ad superficiem valli eaque ratione irruptionem facere; ex parte vero Danubii minoris hanc invenisse rationem, dicitur ut ipsum Danubium minorem ex suo alveo si est possibile avertat in alium locum ex ipso Danubii loco tam ingeniorum viribus quam etiam cuniculis factis civitatem oppugnet. Haec autem omnia memoratus amicus meus mihi fideliter et pro certissima re denunciavit, illud autem pro comperto esset Caesarem turcarum vehementissime festinare idque habere animi ut prius quam tota Christianitas conveniat ipse suum opus perficiat. Quae omnia volui Maiestati Vestrae tamquam domino meo elementissimo certissime per litteras manifestare, cui me officiaque mea fidelia toto corde comendo.

Data ex arce Jauriensi feria secunda in vigilia festi visitationis beatissimae Virginis Mariae anno domini 1532.

Subscripta :

Fidelis servitor
PAULUS BAERIG.

Littera ad commissarios Vieniae.

Generosi et magnifici domini amici nobis honorandi salutem et nostram comendationem.

Notificamus Dominationi Vestrae quem ad modum homo noster quem Belgradum miseramus rediit ad nos qui fuit in festo divi Johannis Baptistae Belgrado et vidit suis oculis pro certo Caesarem turcarum, reliquit Ibram Walscha in Serimio cum copiis Caesaris turcarum quem similiter vidit oculis. Hodie est dies octavus cum dictus homo noster se movit ex Belgrado; iam coniecturari poterunt Dominationes Vestrae quod ab illo tempore etiam Caesar turcarum ad Serimium venire poterit, hoc est vero, praeterea quidam amicus noster ex Belgrado nobis nuntiavit quod vere et vere sine omni dubio turcarum imperator veniet ad expugnandum Viam, quam rem Dominationes Vestrae credant pro certo, sicut has nostras litteras praesentes Dominationes

Vestrae vident, sic hoc negotium credant verissime quae eisdem scribamus et venire Caesar turcarum, repente non possint nationes christianae invicem contra illum congregari ex quo turca audit Viam bene munitam. Amicus noster praefatus sic significavit nobis pro certo illam oppugnabit his modis ut ex parte campi vienensi turca ante se terram defendere et tradere faciet tamquam ingentem montem ne pixidibus et bombardis impedirentur sed ita terra tradendo fossam Vieniem terra adimplerent civitatemque expugnare sicut Rhodum insulam. Haec sunt verissima. Similiter amicus noster praefatus significat nobis ut illum parvum Danubium qui sub Viena fluit turcarum Caesar conatur illum a civitate avertere si est possibile, unde tandem Viam bombardis et subter terram fodiendo expugnet. Igitur magnificae Dominationes Vestrae neque vigilando neque dormiendo, neque somnando aliud agitent quam quod Caesar turcarum procul dubio hac estate Viam esset iam iam expugnaturus nec habere conatus ad partes alias quam Viam. Talem curam Dominationes Vestrae adhibeant de salute patriae. Memoratus item amicus nobis ex turcia renuntiavit quod imperator Turcarum cum navali expeditione et per tuam veniet sed mittit ante se dominos turcarum sanzachat vocatos 17, cum quibus Ibraim Bassa qui ituri sunt per Serimium et Zalam Viam versus tamquam praecursores ubi tandem Cesari ipsi obviabunt et hi praefati venient repente et inopinate. Haec praescripta Dominationi Vestrae cito cito citissime romano Caesari significat ac regie Maiestati ut statim statim cito cito citissime de opportuno remedio curent quo poterunt ocius et velocius quas Deus conservet.

Data Jaurino in vigilia visitationis Mariae, anno domini 1532.

Subscripta :

PAULUS BAERIG.

A tergo : Ad dominum Johannem Raezianer et ceteros regie Maiestatis commissarios bellicos Vieniae existentes.

Di Ratisbona, del ditto orator di 11, ricevute addì 17 Luio. Come la posta non parti eri perchè il comandador maior di Leon andò alli bagni a far sottoscrivere a Cesare alcune lettere, et restò la notte lì. Eri poi pranzo tornò, et Cesare